FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Johann Adolph Hollenhagen].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 19.08.1698

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-16550

Visual Library

tissimum. Quid inde expectari potest aliud, quam conspiratio malorum, ad exterminandos veri atque interioris Christianismi sectatores. Plura jam addere non licet. Adjungere scribentibus etiam placuit schedulam, unde instituti à me per dei gratiam ad meliorem juventutis educationem Paedagogii rationem aliquantum cognosces. Dominus Ludolphi enixè saepius optavit, ut Angli aliquot adolescentes bonae expectationis ad nos mitterentur, eâque fruerentur educationis methodo. Futurum inde auguratus est, ut in Anglia etiam scholastica methodus corrigatur, ipsaque Nationum harmonia salubriora indies inveniantur. Utinam Dilectissime in Christo Frater per muneris tui rationem liceret tibi ad nos, antequam in Angliam redeundum, excurrere. Certissimus sum, fore, ut in uberrimum ecclesiae commodum deique deique gloriam redundet. Si ex deo est votum meum, facile is animo tuo, ut impleas, suggerere poterit. Vale precibusque tuis me porro adjuva.

Tuae plurimum Reverendae dignitati
Addictissimus
A. H. F.

37 Vir maxime Reverende Amplissime
Doctissimeque
Fautor atque in Christo Frater aestumatissime.

Concepta de meo erga eos omnes, quos studiorum causâ huc allegatis, affectu opinionem ut expleam operam dabo. Filii tui Jacobus Fridericus & Ferdinandus

quodq; ut Brunnengræberg pietatem cum literarum
studiis conjungant, à me Collegisq; meis impense habe-
ri dilecti. Faxit Deus, ut πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν
ἐξηρτισμένοι & tanquam ἄνθρωποι τοῦ θεοῦ ad te re-
deant. Dominus Willumsen literas tuas misit. Si
me accesserit quoq;, quod nondum fecit, ac men-
tem suam de studiis vitæq; genere, quod initurus
est, exposuerit, nihil ipsi officiorum ex me deerit.
Doleo, tot sinistros de Academia nostra sermones
ad vos perferri. Dictum Luc. XIIX libello peculiari
à Domino Spenero expositum, quem ego ad hunc
usq; diem nondum legi, tot aliis, quæ publicè pri-
vatimq; incumbunt, negotiis præpeditus. Speneri
tamen mentem ex ore Speneri intellexi, neq; video
Virum de Ecclesia tam eximiè meritum ob innoxiam
meliorum temporum spem diversamq; loci Scripturæ
expositionem tantopere aversandum esse. Iniquissi-
mum certè, eum qui meliora sperat, quod Orthodo-
xiæ fraudi esse nequit, Theologum non habere
Orthodoxum. Quidni ipsum Concilium Nicenum he-
terodoxiæ postulamq;, utpote quod & ipsum hanc
spem apertis profitetur verbis. Tu a. certissimè
scias, non imbui tuos dogmatibus aliis, quam quæ
in Breithauptii nostri Institutionibus Theologi-
cis expressa sunt; quo ex libro omnem, quâ audi-
toria nostra personant, quamq; privatim tradimus
doctrinam cognoscas atq; æstimes velim. Hæresibus

sive veteribus sive novis minimè parcimus neque obsu-
tentiam superiorum minus cordatè quæ falsa sunt con-
futamus, moderato tamen & moris pleno, ut par est,
zelo. Lutheri fides, doctrina, virtutesque maximi
à nobis æstimantur; Lutheranos reprehendimus
Lutheri nomen potius quam spiritum ejus affectantes.
Ceterum quoniam ex filiis tuis intellexi, deside-
rari nunc à vobis Mytaviensis Scholæ rectorem
significare tibi his ipsis volui, non deesse nostros
in Academia, quos commendare vobis possimus,
& qui exornare atque illustrare Lyceum vestrum
sua eruditione virtutibusque possent. Quare non
malè forsitan consulueritis si eo nomine ad
Facultatem Theologicam literas dare non dedi-
gnemini. Deus ter Optimus Maximus, cujus gloria
ea in re versatur vobis optimè prospiciat, ac
Te quoque in Ecclesiæ emolumentum sospitem ser-
vet incolumemque. Vale & ama

Tuum

Halæ Sax.
d. 19. Aug. 1698.

Aug. Herm. Franckium.